



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XI. De susceptore clerici excommunicati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

VI.

Quicumque clericus ab ostiario vsque ad sacerdotem sine tunica visus fuerit, atque turpitudinem ventris & nuditatem non tegat, & si non more Romano capilli eius tonsi sint, & vxor eius si non velato capite ambulauerit, pariter a laicis contemnentur, & ab ecclesia separentur.

VII.

Quicumque clericus * vssus negligentia causa, ^{*forti, y. sus} ad collectas mane vel vespere non occurrerit, alienus habeatur, nisi forte iugo seruitutis sit detentus.

VIII.

Clericus si pro gentili homine fidei iussor fuerit in quacumque quantitate, & si contigerit, quod * mirum non potest, per astutiam aliquam gentilis ^{*forti, moltrui} ille clerico fallat rebus suis, clericus ille soluat debitum, nam si armis compugnauerit cum illo, merito extra ecclesiam computetur.

IX.

Monachus & virgo, vnus ab hinc, & alia ab aliunde, in vno hospicio non commaneant, nec in vno curru a villa in villam discurrant, nec assidue inuicem confabulationem exercent.

X.

Si inceptum boni operis ostenderit in psallendo, & nunc intermisit, & comam habeat, ab ecclesia excludendus, nisi statim priori se restituerit.

XI.

Quicumque clericus ab aliquo excommunicatus fuerit, & alius eum susceperit, ambo coequali poenitentia vtantur.